



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CLXXIII. Der Markgraf Woldemar verkauft dem Domkapitel eine Wiese bei der Hohe Warte bei Klein-Kreuz, am 22. Jan. 1319.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

possit habere pastorem et gregem ovium divisum ab ovibus aliorum et sine contradictione qualibet villanorum. De manso vero sepedicto a nobis sic empto successor predicti domini Hinrici, qui pro tempore rector extiterit ecclesie memorate, singulis annis talentum denariorum Brandenburgensi capitulo erogabit. Conventus in anniversario domini Hinrici jam dicti longas vigiliis, missam et commendationem sollempnem, sicut mos est in anniversario fieri, sollempniter decantabit, memoriam faciens ipsius domini Hinrici sepedicti. Ut igitur nostra hec venditio a nostris successoribus non possit irritari, presentes litteras in evidens testimonium conscribi iussimus et tam nostri quam capituli nostri sigillorum appensione fecimus communiri. Hujus rei testes sunt Johannes, prepositus ecclesie Brandenburgensis, Walterus plebanus veteris civitatis, Cristianus, plebanus nove civitatis Brandenburgensis, Nicolaus plebanus in Nawan, Hinricus plebanus in Cotfin, canonici ecclesie Brandenburgensis, Hinricus Wpac miles, Arnoldus marscalcus noster, Rodolfus de Clebeloc et alii quam plures. Actum et datum Brandenburg, anno domini M. CCC°. XVIII. in vigilia Pasche.

Nach dem Originale.

CLXXIII. Der Markgraf Woldemar verkauft dem Domkapitel eine Wiese bei der Hohen Warde bei Klein-Kreuz, am 22. Jan. 1319.

— Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, — habita matura deliberatione honorabilibus viris dominis preposito et capitulo ecclesie Brandenburgensis vendidimus iusto contractu venditionis et presentibus literis vendimus pratum, situm prope Hohen Warde, cum omni fructu et jure, sicut nos et nostri antecessores ipsum habuimus, cum universis suis limitibus iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus pacifice possidendum, renunciantes dicto prato, proprietati ejusdem et universis juribus, quod nobis competit vel posset ex quacunque causa competere in futurum, nichil juris nobis ad dictum pratum vel nostris successoribus reservantes. Proinde dicti prepositus et capitulum nobis dederunt et plene in numerata pecunia persolverunt septuaginta talenta denariorum Brandenburgensium, de quibus dicimus ipsos quitos literas per presentes. Et ne de hoc facto apud aliquos dubium oriatum, has literas nostras nostro sigillo sigillatas cum annotatione subscriptorum testium dari iussimus super eo. Testes vero hii sunt: nobilis vir Guntherus, comes de Keverenberg, droyseco, Mathias de Bredow, milites, Henricus ecclesie Stendalensis quondam decanus, Everardus prepositus Stolpensis, Nicolaus prepositus Bernowensis, et Hermannus de Luchowe, nostri capellani, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Bornewitz, anno domini M°. CCC°. decimo nono, die sancti Vincentii.

Nach dem Originale.

CLXXIV. Der Markgraf Woldemar verkauft dem Domkapitel eine Insel bei der Neustadt Brandenburg, am 14. Mai 1319.

— Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio — habita deliberatione matura vendidimus, debito et sollempni venditionis contractu honorabilibus viris dominis Johanni pre-